Praefectus alius classis XXI triremium:

PETRUS ARCHANTUS. Caf. *ibid.*

Legatus ad Maioricarum regem, itemque ad civitatem Cremam pro pace cum Venetis:

EGIDIUS LERCARIUS
Canale, III, 383.

1284. — Potestas:
Indict. XIII.

Dom. Michael de Salvaticis,
iurisperitus, de Valentia, quarto.
L. iur., II, 59. Caf. p. 305.

Digitized by Google

Capitanei Comunis et populi Genuensis:

Obertus Spinula
Obertus Aurie

L. iur., ibid.

Abbas populi:

D. Bonanatus de Facio,
« Abbas Conestabulorum felicis societatis populi Ianue ».

L. iur., II, 56.

— XVIII *Sapientes* « electi et constituti pro Comuni Ianue super reformatione et bono statu civitatis Ianue, Riperie et Districtus ». Ibid.

Legatus ad Comune Prati:

D. Obertus de Padua. *L. iur.*, II, 69, 70, 72, 74, cet.

Iurisperiti recordati:

Raimundus de Casali
Marchisinus de Cassino
Marinetus de Marino
Lanfrancus Pignolus
Nicolaus Guercius.

L. iur., II, 59.

Praefectus classis XVII triremium, qua Pisanos proelio Callaritano devicit, comitemque Fatium eorum ducem in captivitatem redegit:

Henricus de Mari.

Praefectus classis XXX triremium contra Pisanos et Catalanos:

Benedictus Zacharia.

Auctor victoriae ad Tabulariam insulam:

Morobellus Malaspina.

Digitized by Google

Praefectus sive Admiratus, uti aiebant, classis LXXXVIII triremium et VIII pamphyliorum, qui ingenti proelio apud Meloriam de Pisanis memorabilem victoriam adeptus est:

Obertus Aurie, Capitaneus populi.

Giustin. III, p. 470-476.

1285. — Potestas:
Indict. XIV.

Dom. Henricus Petia (al. **Spetia**), iurisperitus, civis Astensis.

Caf., p. 310.

Capitanei Comunis et populi Genuensis:

D. Obertus Spinula
D. Obertus Aurie

Id. *ibid.*

Abbas populi:

D. Iohannes de Cisterna

Fogliasso de' Notari, III, 1ª pars, p. 36 *v.*: inibi Zacharia, Benedictus, Manuel et Carlottus de Nigro.

Legatus ad Siciliae regem:

FEDERICUS SPINULA.

Capitanei minores:

Guillielmus Ficusmatarius
Iohannes de Alardo
Henricus Spinula
Griffus

Giustin., *ibid.*, p. 478.

Legatus ad Andronicum II imperatorem:

IACOBUS AURIE

Vide apud Sanguineti et Bertolotto, *op. cit.* p. 509, epistulam eiusdem imperatoris ad Henricum Petiam Potestatem Genuae.

Digitized by Google

— Septembr. **Obertus Aurie,**
Capitaneus, muneri renunciat.

Eius in locum Capitaneus electus est:

D. Conradus Aurie, eiusdem Oberti filius,
per triennium, scilicet usque ad terminum quem muneri paterno praescriptum fuerat. Caf. p. 315.

— « Octo Nobiles, examinata forma instrumenti per VIII viros, unum per Compagnam, et duos Iudices, fatentur..... ».

1286. — Potestas:
Indict. XV.
Dom. Henricus Petia,
iurisperitus Astensis, iterum

Legati pro iuranda pace cum Pisanis inita:

D. NICOLAUS DE GUERCIIS, iurisperitus
D. IOHANNES DE ROCHATALIATA.
L. iur., II, 180, 182.

Praefectus classis XI navium contra Pisanos:

BENEDICTUS ZACHARIA

Capitanei minores:

Orlandus Ascherius
Nicolinus Zacharia, BENEDICTI *frater*
Nicolinus de Peracio (al. *de Petracio*)
Gregorius Aurie
Giustin., III, p. 479.

Capitanei Comunis et populi Genuensis:

D. Obertus Spinula
D. Conradus Aurie
Caf., p. 315.

Abbas populi:

D. Iohannes de Cisterna?

Digitized by Google

Legatus ad Pisanos:

Ogerius Pelavicinus. Canale, II, p. 678.

1287. — Potestas:
Indict. I.

Dom. Henricus de Brusamantica (al. **Bruxamantica**), iurisperitus, civis Papiensis.

L. iur., II, 85, 91, 96, 97, 102, 103, cet. Caf., p. 317.

Capitanei Comunis et populi Genuensis:

D. Obertus Spinula
D. Conradus Aurie

L. iur., ibid.

Iudex Potestatis:

D. Gracius de Curtis, civis Bergomensis « Consul Ianue de iusticia deversus civitatem ». *Ibid.*, 96, 102, cet.
Precivalis de Baldizono, iudex.

Iurisperiti recordati:

Symon Canzelerius
Marinetus de Marino. *Ibid.*, 47, 102, cet.

Capitanei minores:

Orlandus Ascherius, qui obiit Clarentiae in Peloponneso,
Thomas Spinula
Nicolinus de Peracio
Franciscus Porcellus
Giustin., III, p. 480.

Legatus ad Califum Tunetis:

Luca Pignolus. Hier. Serra, *Storia dell'ant. Lig. e di Genova*, IV, p. 159.

Digitized by Google

1288. — Potestas :
Indict. II.

Dom. Henricus de Brusamantica
(al. **Bruxamantica**),
iurisperitus, Papiensis, iterum.
L. iur., I, 1231, 1235, 1252. Caf., p. 319.

Capitanei Comunis et populi Genuensis :

D. Obertus Spinula
D. Conradus Aurie.
L. iur., II, 176.

Iurisperiti qui capitula pacis inter Genuenses et Pisanos initae subscripserunt :

D. Nicolaus de Guerciis, prout Sindicus Comunis Genuae
D. Albertus Taberna, Mediolani civis
D. Belloculus de Belloculis, Papiae civis
D. Guillielmus Vicedominus, Placentiae civis.
L. iur., II, 164, 165, 172, 176.

Indices memorati :

Iacobus Aurie
Nicolaus Guercius
Raimundus de Casali
Obertinus Paxius
Id., I, 1231.

Cancellarii Comunis :

Iohannes Bonihominis
Loysius Calvus
Id., II, 189.

Scribae Comunis

Guillielmus Bartholomei
Enricus Dardella

Legatus ad Pisanos :

Nicolinus de Petracio.

Digitized by Google

Capitaneus IV navium contra Pisanos :

Petrus Embronus.

Caf., *ibid.*

Sindicus et Vicarius Comunis Genuae apud Henricum Hierusalem et Cypri regem :

Benedictus Zacharia I, qui hoc anno fratri suo Manueli, vita functo, in dominium Phocaearum succedit.

L. iur., II, 275.

— *Balia pro maleficiis*, extra Capitaneorum auctoritatem. « ..... cum (Potestas) esset sapiens et discretus et malefactores sagaciter inquireret et puniret, data est ei potestas omnis et bailia super maleficiis et iustitia facienda, sic quod Capitanei de predictis se intromittere non valerent ». Caf. p. 319.

— Mense Ianuario. Nobiles Guelphi de regiminis popularis exitio coniurant. « In ipsa coniuratione fuerunt Grimaldi omnes, insuper illi de Flisco, de Nigro, illi de Castro, Malloni et Selvatici, Embriaci, de Marino, Malocoelli, Fallamonice, Piccamilii, Guisulfi, Cibo, etc ». Qui die et hora constituta ad arma concurrunt et ecclesia turribusque munitis sancti Laurentii potiti, domum Abbatis populi adgrediuntur. Inceptum tamen non succedit: Abbas populi vim vi repellit; tum Potestatis tum Capitaneorum aedes inaccessae permanent. Motus in nihilum desinit; tandem res seditione turbatae, partibus hinc inde transigentibus, componuntur.

— Die xvii a. kal. Maii. Nicolaus Guercius, sindicus Comunis Genuae, de dimittendis, iuxta conventa, Pisanis captivis, Rainerio Sampanti sindico Comunis Pisarum fidem dat, et promittit « ... quod, in presentia domini Archiepiscopi Ianue etc., ipsius

Digitized by Google

Capituli, et in presentia conventuum fratrum predicatorum et minorum de Ianua et religiosorum omnium et sacerdotum et totius cleri de Ianua qui commode haberi et congregari poterint in publica concione et consilio Comunis Ianue in ecclesia sancti Laurencii, domini Potestas et Capitanei Comunis et populi Ianue, pro se et suo nomine et super eorum animas, et etiam Potestarie et Capitaneatus nomine, pro ipsis et Comuni et populo Ianue, et dominus Abbas populi Ianue, pro se et super animam suam et Abbatatus nomine, pro universitate et populo Ianue, et Anciani et Conestabuli et Consiliarii Comunis et populi Ianue, pro se ipsis et eorum successoribus in predictis officiis, et Sindicus Comunis Ianue ad hoc specialiter et legitime constitutus et in anima sua et super animas suprascriptorum omnium et Comunis et populi Ianue et Ianuensium, iurabunt ad sancta et super sancta Dei evangelia, etc. ». *L. iur.*, II, 175.

1289. — Indict. III. Potestas :

Dom. Bertramus (al. **Beltramus**) **de Carcano**, Mediolani civis, cum plena potestate super maleficiis et tota ratione cuilibet reddenda. *L. iur.*, I, 1454, II, 194, 220. Caf., p. 323.

Capitanei Comunis et populi Genuensis :

D. Obertus Spinula
D. Conradus Aurie
L. iur., II, 202, 203, 218.

— *Expeditio Corsica.*

D. Lamba Aurie, Vicarius et Procurator dominorum Potestatis et Capitaneorum, pro adipiscenda possessione castri Rochaebrunae. *Id.* 201, 203.

Digitized by Google

D. Luchetus Aurie, « Vicarius generalis pro Comuni Ianue in tota insula Corsice ». *L. iur.*, II, 197, 198, 199, 200, cet.

— Die XIII a. kal. Iunii. Luchetus Auriae infirmitate gravatus Genuam rediit, ibique diem supremum explevit.

Eius loco, eiusque tamen sub nomine, Vicarii generalis pro Comuni in Corsica insula munere pro tempore fungitur

D. Inghetus Aurie, Lucheti frater.

Caf., p. 325. Cfr. *L. iur.* II, 211, 215, 216, 217, 224, cet.

— « In domo Abbatis de Fliseo », id. p. 323; ubi legendum puto « Alberti ». Inibi « Abbas populi et suum Palatium »,

Iurisperiti in actis Comunis recordati:

Egidius Lercarius
Obertinus Paxius
L. iur. II, 220, 223, cet.

Praefectus classis in Oriente:

Benedictus Zacharia

Capitanei minores:

Paulinus Aurie, consul Genuensium Caffae
Michaël Aurie, in expeditione Corsica.
Caf., ad ann.

Legatus ad Mohamet II, Al-Amir, Granatae regem:

Guillielmus Aurie

Id. ad Nicolaum IV, summum Pontificem, itemque ad Venetos:

Lombardinus Spinula

Digitized by Google

1290. — *Potestas:*
Indict. IV.

Dom. Iohannes de Lucino (ap. Caf. **de Luano**), Novocomensis civis, ad modum praecedentis.

Caf. p. 331. *L. iur.* II, 251, 258, 263, 582, 941, 1453.

Capitanei Comunis et populi Genuensis:

D. Obertus Spinula
D. Conradus Aurie

L. iur., II, 247, 350.

Abbas populi:

D. Guillielmus de Cellaresi

« Abbas Conestabulorum felicis societatis populi Ianue ». Actum membranaceum in tabulario Albinganensi, n. 504. Hieronimus Rossi, *Storia della città e diocesi di Albenga*, p. 105.

In acto n. XCVII *L. iur.*, II, 249, sub die quinto Iunii MCCXC inscripto, Abbas populi nuncupatur:

D. Isembaldus de Monleone,

sed instrumentum de quo agitur referendum potius videtur ad annum MCCXCIX.

In *Foliat. Notar.*, III, 1ª, 124, *v*, Abbas populi huius anni inscribitur:

D. Obertus de Padua

cuius nomen adsignandum erit fortasse ad ann. MCCXCVI.

— Legatus ad Soldanum Aegypti:

D. ABERTUS SPINULA
L. iur., II, 243, 248.

— NICOLAUS BUCCANIGRA, capitaneus X triremium Genuensium, Ilvam insulam occupat.

Digitized by Google

Balduinus Advogarius (al. de Advogariis), Potestas Genuensium in Romania.

Sanguineti et Bertolotto, op. cit. pgg. 513, 537.

Vicarius generalis pro Comuni Genuae in Corsica insula, loco defuncti Lucheti Auriae:

D. Nicolaus Buccanigra

Caf., p. 332. *Foliat. Notar.*, III, 1ª, 52 *v.*

— Hoc anno « ordinata est *Credentia* de novo; in qua homines XIV tantum erant, quibus circa predicta (v. ad annum MCCLXXXII) data est in omnibus potestas plenaria; et de tribus in tribus mensibus mutaretur; ad quam etiam nullus modo aliquo accedere valeret, nisi esset per maiorem partem eorum vocatus, nec in ea nisi unus scriba interesse potest ».

Caf., p. 331.

— *Statutorum politicorum reformatio.*

Quum appropinquaret terminus Capitaneorum imperio praescriptus (hoc enim cessare debebat die festo ss. Simonis et Iudae anni proxime sequentis), electi sunt IV viri capitulis et ordinamentis reformandis; quorum in numero fuerunt:

D. Guido Spinula

D. Obertus Aurie, **Conradi Capitanei** pater.

Hi, ut tunc erat in votis, inter alia ordinaverunt « quod Capitaneus esset perpetuo in Ianua de extra civitatem Ianue et districtus, etc.; et quod Consiliarii et Antiani et alia omnia officia darentur medietas illis de populo et alia medietas nobilibus. Que quidem omnia Capitanei et populus et nobiles Ianue iuraverunt observare in totum ».

Caf., p. 334.

Digitized by Google

— *Statuta coloniae Perae,* edita a Dominico Promis; quorum capitulum extat in « *Magistratus Patrum Comunis* », compendium Piaggio, ms. in Bibliotheca Universitaria Genuensi.

Promulgatio « tractatorum factorum in Ianua super facto Maris Maioris et Consulum et Rectorum », quorum rubricas vide apud M. I. Canale, II, p. 415, n.

Iudices in actis Comunis recordati:

Bertolinus Bonifacii
Obertus Paxius
Castellinus de Sauro
L. iur., II, 252, 256, cet.

Praefectus classis XXXX triremium contra Pisanos:

Conradus Aurie
Capitaneus populi

Capitanei minores:

Guillielmus de Montalto
Henricus de Mari
Nicolaus Buccanigra
Caf., ad ann.

Legatus ad Philippum, Galliae regem:

Abrainus Pelavicinus. Canale, II, p. 678.

1291. Potestas:
Indict. V.

Dom. Guillielmus Brunus,
iurisperitus, civis Astensis, iam Potestas anno MCCLXXIX.
Caf. p. 335.

Capitanei Comunis et populi Genuensis:

D. Obertus Spinula
D. Conradus Aurie

Digitized by Google

— Mense Maio. **Oberto Spinula** et **Conrado Auriae** cessantibus elapso festo ss. Simonis et Iudae, electus est secundum statuta nuper reformata:

D. Lanfrancus de Suardis, miles, civis Bergomensis « Capitaneus Ianuensis populi ».

Quum Comune domum propriam non haberet qua convenienter habitare posset Capitaneus populi, « emit ab Acellino Aurie et consortibus domus que sunt iuxta domum heredum quondam Alberti de Flisco ». Caf., p. 336.

D. Obertus de Padua, iurisperitus, qui in nonnullis negotiis munere Sindici Comunis fungitur.

L. iur., II, 265, 267, cet.

Capitanei triremium Reipublicae:

Franceschinus Porcellus
Nicolinus de Petracio

Caf., ibid.

Benedictus Benedicti Zachariae, admiratus Castellae regis. Federici, *Lettera a Gasparo Scioppio*, n. 113.

Legatus ad Graecorum imperatorem:

Nicola Spinula, « ambazator pro Comuni Ianue ».

Sanguineti et Bertolotto, op. cit., p. 511; ubi erronee legatio ad ann. 1294 assignatur.

Id. ad Henricum II, Cypri regem:

Guillielmus Aurie

Canale, III, 382.

Digitized by Google

1292. Potestas:
Indict. VI.

Dom. Guillielmus Gardinus,
nobilis civis Astensis « qui omnimodam bailiam habuit in iustitia facienda secundum Capitula civitatis Ianue, et ubi Capitula non loquerentur, secundum iura Romana ».
Caf., p. 340. *L. iur.*, II, 274, 285, 300.

Assessor Potestatis:
D. Milonus de Pascherio

Miles Potestatis:
D. Conradus Gardinus
L. iur., II, 275.

— Septembr. Capitaneus populi:
D. Beltramus de Fitiensis (ap. Giustin., *Ann.*, **de Ficieni**), nobilis civis Bergomensis.
Caf., p. 344.

Iudices recordati:
Lanfrancus Pignolus
Petrus Hugolini
L. iur., II, 299.

— Ad deliberandas conditiones foederis a legatis regum Galliae et Siciliae propositi inter Carolum Siciliae regem et Comune Genuense, celebratum est Genuae « maius Consilium, ad quod vocati sunt homines XLIV per quamlibet Compagnam. Consiliarii et vocati per Compagnas erant in numero circa DC ».
Caf., p. 344.

Legatus ad Henricum II, Hierusalem et Cypri regem:
D. Guillielmus Aurie
L. iur., II, 275.

Digitized by Google

— « *Consules maris* ». Id., 284.

— Proelium Coronense inter Genuenses et Venetos.

1293. Potestas:
Indict VII.

Dom. Petrus de Carbonensibus, « vir nobilis ac miles, civis Bononiae, ac de Bononia, tamquam Ghibellinus, expulsus et civis Mantuanus effectus ».

Caf., p. 351. *L. iur.*, II, 300.

Capitaneus populi:

D. Symon de Grumellis (Caf., **de Grumello**), civis Bergomensis.

Caf., p. 353. Giustiniani, *Ann.* III, p. 494.

Cancellarii Comunis:

Iohannes Bonihominis
Loysius Calvus

L. iur., II, 307.

— In civitate et extra homicidae, malefactores, iustitiae contemptores quotidie facinora perpetrabant. « De quo Sapientes Ianue unanimiter condolentes, super hiis celebrato Consilio die 29 Ianuarii, elegerunt in eo XVIII viros provvidos et discretos, quibus dederunt plenam licentiam et bailiam usque ad mensem unum duraturam et plus ad voluntatem Consilii, ordinandi in omnibus que spectarent ad bonum statum civitatis Ianue et totius districtus. Et Potestas teneretur precise deducere ad effectum que per eos vel per duos sive duas partes eorum foret decretum ». Caf., p. 353.

1294. Potestas:
Indict. VIII.

Dom. Iacobus de Carcano, Mediolanensis.

L. iur., II, 308, 829. Caf., p. 356.

Digitized by Google

Capitaneus populi:

D. Symon de Grumello, iterum.
Caf., *ibid.*

Abbas populi:

— 2 Febr. **D. Bonanatus de Faolo**
L. iur., II, 305.

— « Abbas Conestabulorum felicis societatis populi Ianue et Sapientes decem et octo electi et constituti pro Comuni Ianue super reformatione et bono statu civitatis Ianue, Riperie et districtus ». *Ibid.*

Iudices:

MANUEL OSBERGERIUS
GUANTUS

Cintracus Comunis:

D. Poncius
L. iur., II, 316.

Legatus ad Graecorum imperatorem:

NICOLAUS SPINULA
qui interea praeest classi XX navium a mercatoribus Genuensibus in Romania habitantibus properanter armis instructae (Ludovicus Sauli, *Della colonia dei Genovesi in Galata*, I, p. 104), bellum navale alacriter gerit, et die IV ante nonas Iunii eximiam victoriam de Venetis apud Laiatium in Armenia reportat. Andreas Dandolo, *Cronaca. Contin. di Iacopo da Varagine*, a Vincentio Promis edita in *Atti della Soc. Lig. di St. patria*, X, p. 499.

1295. Potestas:
Indict. IX.

Dom. Cavaloabos de Mediolo, civis Papiensis qui eodem munere functus est anno MCCLXXX.
L. iur., II, 318, 321, 324, 327. I. B. Cicala, *Miscellanea*, ms., ad annum.

Digitized by Google

Apud Aug. Giustiniani, *Ann.*, Potestas huius anni designatur:

Dom. Iacobus de Carcano
Mediolanensis,
sed is officium inivit anno MCCXCIV.

Capitaneus populi:

D. Taionus de Villa, civis Mediolani. *L. iur.* II, 318, 321.

Iudex Capitanei:

D. ANTONIUS

Abbas populi:

— 25 Maii. 16 Dec. **D. Pascalis de Facio,** de Cassino.
L. iur., II, 318, 321, 324, 327. Federici, cod. 113, 280.

D. Symon Speciarius, ap. Notar. de Amandolesio et Incogn., O, quat. 4.

D. GUISCARDUS DE GAIDOLDIS, civis Cremonae, « Iudex constitutus pro Comuni Ianue, super iuribus et publicis Comunis Ianue recuperandis ». *Lib. iur.*, ibid.

Scribae Comunis:

Lombardinus Spinula
Iohannes Bonihominis
Loysius Calvus. Ibid.

Admiratus et capitaneus generalis CLXV triremium contra Venetos:

OBERTUS AURIE (al. DE AURIA)

— Auctore b. Iacobo a Varagine, archiepiscopo Genuensi, celebratur pax inter factionum partes quas Mascheratos et Rampinos vocabant, id est inter Ghibellinos et Guelphos.

Digitized by Google

Legati ad Bonifacium VIII, summum Pontificem, itemque ad Florentinos:

PETRUS HUGOLINI IUDICIS
Canale, III, 383.

PORCHETUS SALVAYGUS
Id., *ibid.*

1296. — Potestas:
Indict. X.

Fulchus Asinarius
civis Astensis.

Guillielmi Venturae, *Memoriale de gestis civium Astensium*, in *Mon. Hist. Patr.*, (*Scriptorum*, III, p. 725).

Abbas populi:

— 10 Nov. **D. Vassallus Cazanus**
ap. Not. Damianum de Camulio, 1311, 21 Iulii, c. 125 sq. Richeri, A, 10. 8. A. 11. 1. Poch., ms. cit.

D. Obertus de Padua
de quo vide ad a. MCCXC et MCCXCI.

Foliat. Notar., III, 1ª 128 v., in Not. Iohanne de Corsio, 1256-1290.

— *Capitaneorum indigenorum restauratio.*
Pax anno praecedente inter partes iurata nihil profuit: namque exules Guelphi nuper in patriam restituti, impulsu et auxilio, ut videtur, Caroli Andegavensis Siciliae regis, novas perturbationes in civitate parant. Anno MCCXCV exeunte, Grimaldi et Flisci infesto agmine contra aedes illorum de Auria ac Spinularum in armis procedunt. Tota bello flagrat civitas: hinc inde militibus undique collatis, acerrime pugnatur alterna fortuna, donec, XXXVIII post dies, Guelphi

Digitized by Google

ubicumque superati in ecclesiam s. Laurentii confugiunt, quam Ghibellini tandem expugnant. E certamine superiores egressi, tunc proceres de Auria Spinularumque in re publica sine competitoribus dominantur. Capitaneus extraneus abrogatur; binos Capitaneos indigenos restituendos decernitur; populi auctoritate,

D. Conradus Spinula
D. Conradus Aurie

Oberti utriusque filii,

Capitanei Comunis et populi Genuensis, summum imperium accipiunt.
Richeri, A. 11. 1.

Abbas populi:

— 10 Nov. **D. Francisous Caravellus**
Federici, *Scritt. Grimaldi e Iac. All.°*

Legatus ad Provinciae Senescallum:

ROMINUS DE NIGRO

1297. Potestatis nomen deest.
Indict. XI.

Capitanei Comunis et populi:

D. Conradus Spinula
D. Conradus Aurie

Abbas populi:

— 18 Febr. **D. Francisous Caravellus**
Registrum magnum Comunis Saone, c. 210.

— 14 Aug. **D. Loysius** (al. **Lodisius**) **Calvus**
Federici, *quad.* ff. *Cod.* 113, 320 *v.*

Admiratus classis LXXV triremium contra Venetos instructae:

GANDUS DE MARI
Giustin. III, p. 501.

Digitized by Google

Benedictus Zacharia I, Phocaearum dominus, *Generalis navigii regii*, (idest Philippi IV Galliae regis) *admiratus*, ut nuncupatur in epistulis eiusdem regis.

Legatus ad Bonifacium VIII pp.:

Orsetus Squarzaficus

1298. — Potestas:
Indict. XII.

Dom. Sorleo (al. **Sorleonus**) **Curlus** Dertonensis civis.

Wüstenfeld. Federici, *quad.* E, refert hunc Potestatem ad a. MCCCVIII.

Capitanei Comunis et populi:

D. Conradus Spinula
D. Conradus Aurie,

cui succedit

D. Lamba ille **Aurie,**
qui classi Genuensi praefuit in magno proelio apud Scurzolam, die VII ante idus Septembris, victoriamque celeberrimam de Venetis reportavit.

Abbas populi:

— 5 Mart. **D. Guillielmus de Montaldo**
Registrum Comunis Saone, c. 163.

D. Franciscus de Portonaro

Wüstenfeld. Federici, *quad.* E, refert hunc Abbatem ad a. MCCCVIII.

D. Isembaldus (al. **Isembardus**) **de Monleone.**

Federici, XX.

Benedictus Zacharia, admiratus Galliae regis. Piton, *Les Lombards en France et à Paris. Paris, Champion*, 1892.

Digitized by Google

1299. — Potestas:
Indict. XIII.

Dom. Albertus de Portalaudensi, miles, Papiensis civis.

L. iur., II, 249, 346, 353, 355, 362, cet.

Vicarius Potestatis:

D. Iohannes Brancazolus

Capitanei Comunis et populi:

D. Conradus Spinula
D. Lamba Aurie

L. iur., II, ibid.

Legati pro pace cum Venetis ineunda:

D. Ansaldus de Castro, miles
D. Obertus Paxius, iurisperitus
D. Porchetus Salvaigus
D. Nicolaus Ferrarius

Ibid., 355.

Cancellarius Comunis:

Lanfrancus de Vallario. Ibid.

Abbas populi:

— 1 Iul. **D. Isembaldus** (al. **Isembardus**) **de Monleone**

L. iur., ibid.

— 18-31 Iul. **D. Nicolaus Ferrarius**

Ibid. 369, 371, 373, 388, cet. Conventiones cum Venetiis, Pisis, Sassari.

Fuit etiam Legatus ad Mathaeum Vicecomitem, Mediolani dominum.

— 18 Aug. **D. David de Fossato**

Richeri, A. 9, 2, *Indice* A, p. 856. Cfr. Poch, ms. cit.

Digitized by Google

Prior Consilii Sapientum *Credentiae*:

D. LANFRANCUS TARTARO

Ibid., 870.

Notarius et Scriba eiusdem Consilii *Credentiae*:

D. HENRICUS DE SAVIGNONO.

Ibid., 364.

Cancellarii Comunis:

Lanfrancus de Vallario, ibid., 346, cet.
Bartholomeus Pedebo, ibid., 373, cet.
Iohannes Bonihominis, ibid., 365.

Cintracus Comunis:

D. Rafetus, ibid., 400.

— BENEDICTUS ZACHARIA, admiratus Galliae Regis. Piton, op. cit.

Legatus ad Mathaeum Vicecomitem:

PORCHETUS SALVAYGUS.

— « Ianue, in palacio Comunis Ianue, quo habitat dominus Abbas populi, in camera ubi reguntur Consilia Credencie... ». *Ibid.*, 364.

— Mense Sept. **Conradus Spinula** et **Lamba Aurie** Capitaneatum abdicant.
Conradus in Siciliam se transfert, ubi admiratus classis Petri regis constitutus est.

1300. — Potestas:
Indict. XIV. **Dom. Bellotus de Caroano,** Mediolanensis.

L. iur., II, 405, ubi nuncupatur **Bellonus.**
Aug. Giust., *Ann.*

Digitized by Google

Abbas populi:

D. Nicolaus Framba

L. iur., ibid., Federici, *quad.* yy. *Reg. magn. Comunis Saone.*

— Exules Grimaldi quinque navibus noctu appulsi, irruptione facta, civitatem deprehendere sunt adorti; sed ab ea non sine caede repulsi, iterare gradus eoque unde venerant redire coguntur.

— Legatus ad Andronicum II imperatorem:

D. Raffus Aurie,

cui succedit in legatione:

D. Zuninus (al. Gavinus) Tartaro, « Vicarius pro Comuni Ianue in toto imperio Romanie et Maris Maioris ».

Ms. I. B. Cicala, ad a. 1300. L. T. Belgrano, *Prima serie di documenti sulla Colonia di Pera*, VII, p. 102.

Legati pro pace tractanda cum Carolo Siciliae Rege:

D. Franciscus de Mari
D. Petrus de Hugolinis

L. iur., II, 410.

Legatus ad Amedaeum Sabaudiae comitem:

D. Franciscus Codora. Ibid., 405.

Rector Genuensium in Famagusta:

D. Iacobus de Zignago. Ms. Cicala, ad ann.

Iohannes Ricobonus, « Abbas Ianuensis, olim serviens Comunis Famaguste »,

testis in testamento rogato Famagustae die 30 Aug. 1300, manu notarii Lamberti de Sambuceto, cuius acta in R. tabulario Genuensi adservantur. Cornelius Desimoni, *Actes passés à*

Digitized by Google

Famagouste de 1299 *à* 1301 *par devant* le *notaire Génois Lamberto de Sambuceto* (*Archives de l'Orient latin*, II, pp. 3-120), n. CCXLIV. Ad magistratus coloniales potius referendus erit.

Benedictus Zacharia I, admiratus Galliae regis. Piton, op. cit.

1301. — Indict. XV. Potestas:

Dom. Danius (seu **Damianus**) **de Ostenagio** (al. **de Osnaygo**, hodie **Osnago**), civis Mediolanensis.

Federici, *Cod.* ms., 113, 333. Nuncupatur **Danius** in *Cod. del Pedaggetto e Visconiado*, c. 100; **Danius** ac **Dannius** in *L. iur.*, I, 1418, 1435, 1459, cet.; II, 21, 37, 47, 50, 207, cet.

Abbas populi:

D. Iohannes de Goano.

Ibid., 423.

Iudices:

D. Iacobus de Gavio
D. Petrus de Hugolinis

L. iur., II, 423, 435.

Cancellarii Comunis:

Iohannes Bonihominis
Loysius Calvus
Benedictus de Fontanegio

L. iur., I, 1225; II, 435.

— « Antiani et Consiliarii Consilii Generalis ad Consilium cornu et campana more solito vocati et congregati. Nec non et *Reformatores Populi.*

Digitized by Google

Et *XII Sapientes constituti super expendenda Comunis pecunia.* Et *VIII Sapientes Mercantie. Et Sapientes constituti super negotiis civitatis.* Et *VIII constituti super Raubariis.* Et *Conestabuli novi, et veteres.* Et totidem ex *Nobilibus amicis Populi* ad dictum Consilium requisiti ».

Tractatus quo Carolus II Siciliae Rex et Genuenses novo inter se foedere devinciuntur. *L. iur.*, II, 423.

Legati ad dictum foedus tractandum:

D. Porchetus Salvaygus, quondam Guillielmi

D. Petrus de Hugolinis. Ibid.

Legatus ad Philippum IV, Galliae regem:

Conradus Panzanus.

— Grimaldi Monoeco oppido potiuntur.

1302. — Potestas:
Indict. I.

Dom. Angelus Tarlati de Petramala, Aretinus.

Georgius Stella, ap. Muratori, *Rerum Italicarum Scriptores*, XVII, p. 1015.

Abbas populi:

D. Saladus Castellarius (Salardus de Castello?)

Federici, *quad. ss. Cod.*, 118, p. 253.

— Clavigeri Comunis. V. Richeri, A. 93, 4. Federici, *Codice dei Magistrati*, cit.

— Rainerius de Grimaldo, ex dominis Monoeci, Cagnae et Villaenovae in Normandia dominus, Galliae regis admiratus usque ad a. 1307.

Digitized by Google

1303. — Potestas:
Indict. II.

D. Guillielmus Turcus de Castello,
civis Astensis.

Stella, apud Murat., *R. I. S.*, XVII, p. 1015. *Regulae Comperarum capituli*, p. 155, 158, 167. Cuneo, *Sulla Banca di S. Giorgio*, p. 264.

— 1 Apr. Iudex et Vicarius Potestatis:

D. Bastianus de Claris, civis Astensis.

Abbas populi:

— 1 Apr. **D. Nicolaus de Guano,**
Cuneo, op. cit., p. 264.

Abbas populi:

— 23 Oct. **D. Henricus de Savignono.**

— « Anciani et Consiliarii generales »
« Consilium Gubernatorum et Consilium Generale, seu Maius ».
Reg. Comper. capituli.

« *Superstantes Ceche* » (videlicet officinae monetariae).
« Superstantibus duobus Ceche, libr. 100. Scribe Superstantium Ceche, libr. 25, si erit de Collegio, et si non de Collegio nihil ».
In tabulario Genuensi, *cod.* IV, c. 189.

Precival q. Hugolini de Flisco, Vigueriam civitatem a Dertonensibus emit. Federici, *Della fam. Fiesca*, p. 64.

1304. — Potestas:
Indict. III.

Dom. Oldradus Delfa,
Novocomensis, quem Benedictus Giovio refert ad a. MCCCV, sed intelligendum est hunc munere functum usque ad diem IV ante nonas Februarii,

Digitized by Google

non ultra. Federici, (*Collettanee*) huic anno adsignat Potestatem **Remedium Ruscam**, Novocomensem, cum Guillielmo de Guillienzono, Assessore, sed referendus erit ad a. MCCXXXIV, sicut et

Abbas populi:

D. Nicolaus de Guano
Federici, *Scartafaccio Ganducio.*

Legati ad Andronicum II Romaeorum imperatorem:

D. ACCURSINUS FERRARIUS
D. GUIDO EMBRIACUS.
L. iur., II, 441.

Legatus ad equites Hierosolymarios:

MICHAEL DE VOLTA

— D. RAINERIUS (al. RENATUS) DE GRIMALDO, praefectus classis XV triremium Genuensium, XXX navium Gallicarum et VIII Hispanicarum, classem Flandricam LXXX navium, ductu Guidonis de Namurco Scaldiam urbem obsidentem, dissipat. Iohannes Villani, VIII, 77.

RUBEUS DE FINARIO, unus ex Capitaneis populi in imperio Romaniae. Sauli, op. cit.

BENEDICTUS ZACHARIA I, Phocaearum dominus, ab Andronico Paleologo imperatore Chium insulam in feudum accipit. M. Hopf, *Storia dei Giustiniani di Chio.*

1305. — Potestas:
Indict. IV.

Dom. Bertramus de Zocianis,
Bergomensis.
Commemoriali di Venezia, cod. Vindobonensis, I, 165.

Digitized by Google

— 26 Maii. Sententia prolata a Lapo Ritio (quem alii vocant de Bonfiliis), cuius transumtum extat apud not. Andriolum Rubeum, 19 Ian. 1324, et 23 Ian. 1319, cum aliis documentis in *Genealogia familiae Scorciae comitum Lavaniae, Neapoli*, 1611 (ex not. I. Caligepalii).

Abbas populi:

D. Laurentius de Monterubeo

Commemoriali di Venezia, cit. I, 165.

1306. 15 Febr. — Potestas:
Indict. V.

Dom. Brancaleo de Andalo

Reg. Magn. Comunis Saone, p. 248.

— 23 Nov. Potestas:

Dom. Suardus Marinus (seu **Marinus de Suardis**), Bergomensis.

Donatus Fiesco, *Selva delle notizie della famiglia Fieschi*, ms. in Bibliotheca civica Beriana, IV, p. 151.

Familia Spinularum de Luculo, quum una in civitate tunc maxime floreret, inciderat in invidiam et malevolentiam (quam instigatores Guelphici subdole alebant) aliquorum suae ipsius partis de gente Auriae, non solum, sed etiam alius familiae suae ipsius gentis, quae, a loco habitationis, familia Spinularum de sancto Luca, seu de Platea nuncupabatur.

Populares Opicio capiti Spinularum de Luculo favebant; quapropter tum nobiles Guelphi tum etiam Ghibellini illi qui ab eo secesserant, eius potentiam extimescebant, quod et obesse plurimum et prodesse valeret.

— Die VIII a. idus Ian. Conspiratis denique partibus, die festo Epiphaniae, Flisci et Grimaldi, simul cum Spinulis de s. Luca et dissidentibus de

Digitized by Google

Auria, in armis insurgunt; sed, obstante eis populo, vim adversariae factionis sustinere nequeunt, et e civitate egressi, in Riperiam Occidentalem confugiunt.

— Die VII a. idus Ian. Consilio advocato, decernitur « quod magnifici viri

D. Opicius (seu **Opecinus**) **Spinula de Luculo**

D. Bernabos de Auria

sint et esse debeant Capitanei Comunis et populi Ianue usque ad proximum festum beatorum apostolorum Simonis et Iude et ab inde usque ad quinquennium et per tota ipsa tempora, et quod ipsi domini Capitanei habeant plenam et liberam potestatem et bailiam super omnibus et singulis factis et negociis Comunis Ianue, etc.; et habeat uterque ipsorum dominorum Capitaneorum annis singulis pro dicto tempore capitaneatus eorum de pecunia dicti Comunis pro eorum salario libras mille quingentas ianuinorum; salvo et sane intellecto quod dictis dominis Capitaneis non liceat se intromittere de his que spectant ad iusticiam vel vindictam, videlicet de cognitione vel definitione causarum civilium vel criminalium, nec de aliquibus per que impediatur officium deputatorum Officio Comperarum salis seu assignationis mutuorum nec de aliquibus per que impediatur tractatus nec ea que continentur in tractatu facto et firmato super ipso assignationis Officio 1303, die tertia Aprilis; etc. ».

Extractum e magno volumine Capitulorum civitatis Genuae, apud Laurentium Isnardi, *Storia della Università di Genova*, pars 1ª, docum. X, p. 301.

Poch, *Miscell.*, IV, 199. Extr. Not. Roccatagliata, apud Poch, p. 111, et exempl. in

Digitized by Google

Fogl. dei Notari, manu Damiani de Camulio, a. 1311, c. 128 *v.*

— Rebelles apud Tabiam et Oneliam consistunt; quum autem **Bernabos Auriae** et RINALDUS SPINULA adversus eos movissent, confligere non sunt ausi, ac, pactis initis, Genuam regrediuntur ibique fidelitatem Capitaneis et Abbati populi iurant.

Abbas populi:

— 12 Mart. **D. Opicinus Capsiarius**

Reg. Mag. Comunis Saone, c. 248.

Abbas populi:

— 7 Maii. **D. Petrus de Riparolio**

Richeri, *Pand.* A, 10, 8; A, 11, 1. *Indice*, A, p. 836, 839. *Fogliazzo dei Notari*, III, 2ª, 30 *v.*, 31. Cf. Poch, ibid.; *Documenti genovesi a Parigi*, in Biblioth. Brignole De Ferrari, n. 27.

— « Consilium Gubernatorum et Consilium Generale », in cod. Regiae Bibliothecae Augustae Taurinorum, 291, *Statuti di Genova*, in capitulo *De extimatoribus*.

II constituti Officio *assignationis mutuorum*, Richeri, A, 11, 1.

« in terracia Palatii domini Abbatis », ap. not. Damianum de Camulio, 1311, 2 Iul., c. 125 sq.

— VIGNOLUS DE VIGNOLIS, ANDREAE MORESCHI PATRUUS, una cum Nosocomii Hierosolymarii equitibus, strenue pugnat contra Turcas Rhodum insulam obsidentes.

1307. — Potestas:
Indict. VI. **Dom. Marinus de Suardis**, Bergomensis, iterum.

Digitized by Google

Fogliazzo de' Not., III, 1ª, 7, 58. *Famiglia Fieschi*, ms. cit., IV, p. 151. Ap. not. Parentinum de Quinto, quint. 1.

Capitanei Comunis et populi:

D. Opicius Spinula de Luculo
D. Bernabos de Auria

Antichità dei Signori da Passano, p. 23. Cuneo, op. cit., p. 295, ex actis Friderici de Levanto.

Abbas populi:

D. Guillielmus de Ursis

Richeri, B. *Ind.*, c. 660; B. fol. 39, 5. Tamen apud not. Ob. Folietta, quint. 8, 1307, 7 Martii, non dicitur absolute « Abbas », sed « iam Abbas ». Referendus forsitan erit ad annum MCCXCII aut MCCXCIII.

Abbas populi:

D. Iacobus de Gropallo

Federici, in actis Foglietta et in Bulla fratrum Armeniorum, 1308. Not. Ambrosius de Rapallo, 1308. Poch, II, 23. *Fam. Fieschi*, ms. cit., IV, p. 151. Richeri, *Ind.* B., c. 660, 1307.

— « Consilium X Conestabulorum » cum Abbate **Iacopo de Gropallo.**

— « Registratio Ordinationum Consilii », *Fogl. de' Notari*, II, 2ª, 139.

Abbas populi:

— 5 Iun. **D. Nicolaus De Cisterna**

Ap. not. Parentinum de Quinto, *quint.* 1. Consilium circa Pisanos, *Fogliazzo de' Notari*, III, 1ª.

Digitized by Google

Abbas Populi:

D. Nicolaus Framba

Poch, ms. cit., in instrumento pacis cum Spinulis initae.

— 15 Nov. **Opicius Spinula,** vices gerens etiam **Bernabovis de Auria,** immunitates et privilegia Collegii Iudicum Genuae recognoscit et confirmat.

P. Laur. Isnardi, *St. della Univers. di Genova,* doc. XI, p. 302.

Notarius Cancellarius Comunis:

Leonardus de Alberti de Rapallo. Id., *ibid.*

Benedictus II Zacharia, Benedicti I f., Phocaearum et Chii dominus. M. Hopf, op. cit.

Legatus ad Carolum II, Neapolis regem:

Levantinus de Levanto

Id. ad Soldanum:

Gentilis de Grimaldo.

1308. — Indict. VII. Potestas:

Dom. Sorleo (al. **Sorleonus**) **Curlus,** Dertonensis.

Federici, *Cod.*, 113, 166 *v.*; sed Wüstenfeld eum refert, uti diximus, ad a. MCCXCVIII.

Capitanei Comunis et populi:

D. Opicius Spinula de Luculo
D. Bernabos de Auria.

— Mense Augusto. Quum Aurienses, **Bernabove** excepto, societatem cum Grimaldis iniissent, Capitanei tempus rei gerendae non dimittunt et adversariorum impetum praeveniunt.

Digitized by Google

— Antonius Spinula praeest classi XVIII navium mercatoriarum quas festinanter armis instruxerat ad stipendium Andronici imperatoris et quibus nonnulla navigia imperialia adiecta sunt. Iussus ab imperatore, Gallipolis expugnationem experitur, sed repulsus interiit.

Raimundus Muntaner et Bernardus d'Esclot, *Cronache catalane del secolo* XIII *e* XIV, *tradus. di F. Moisiè*. Florentiae, 1844, p. 497 sqq.

Abbas populi:

D. Rufinus de Vultabio

Federici, *Cod.*, 113, 166 *v.*

— Capitaneorum aemulatio partium audaciam auget et acerrimas contentiones in civitate parat.

Andreolus de Mari, Legatus et Admiratus Andronici II, Graecorum imperatoris.

Legatus ad Aragonensium regem:

Guidetus Pignolus.

1309. — Indict. VIII. Potestas:

Dom. Antonius de Gualdinis
Parmensis.

Chron. Parmense, apud Pertz (*M. G. H*, XVIII, p. 751).

Stella, ap. Muratori (*R. I. S.*, XVII, p. 1023).

— Mense Novembri. **Opicius Spinula** tumultum popularem contra socium callide excitat, eumque obsidet in palatio Comunis.

D. Bernabos de Auria

Digitized by Google

a Consilio munere deiicitur:

D. Opicius Spinula de Luculo

Capitaneus generalis Comunis et populi Genuensis Rector, quamdiu vixerit, conclamatur.

Guelphi, quibus Aurienses simul cum Spinulis de Platea accesserant, contra **Opicium de Luculo** bellum parant. Oram Occidentalem in armis percurrunt, Portum Mauritium, Andoram, Albingaunum occupant, frustra obstantibus copiis adversus eos ab **Opicio** missis. Interea **Bernabos**, ope Spinularum de Platea, obsidionem eludit et Saxellum, oppidum Apenninicum, confugit, quo Ghibellinae factionis proceres apud eum conveniunt ad deliberandum quid opus sit facto.

— Cum Capitaneo sunt octo Consiliarii.
V. Tractatum cum Andronico imperatore, ap. Aloysium Thomam Belgrano, *Prima serie di documenti sulla colonia di Pera*, (*Atti della Società Ligure di Storia patria*, XIII, p. 110).

— Die IV ante idus Iun. Ordinatus est « Status Gubernatorum, quem Statum Comune appellarunt ». *Atti della Soc. Lig. di St. Patr.*, X, p. 501.

Abbas populi:

D. Levantinus de Levanto

Federici, *Privilegi*.

Abbatis populi palatium.

« Domus Riccoboni de Fontibus, in contrata Calderariorum in carrubeo recto per quem itur a Palatio Abbatis Populi ad Portam s. Andree ». Richeri, L, 162, 4.

« Palatium Comunis in quo moratur Abbas Populi ». Richeri, A, 74, 2.

Digitized by Google

1310. — Potestas:
Indict. IX.

Dom. Antonius de Gualdinis
Parmensis, iterum.

Chron. Parmense, ap. Pertz, op. cit., XVIII, p. 151.

Iudex et Vicarius Potestatis:

D. Ottobonus de Moscardis
Antich. da Passano, p. 87.

Capitaneus generalis Comunis et Populi Rector:

D. Opicius Spinula de Luculo.

— Die IV a. idus Iun. Grimaldi, Flisci, ceterique Guelphi, una cum Auriensibus et Spinulis de Platea, magnis copiis collectis, adversus Genuam procedunt.

Opicius Spinula de Luculo, Capitaneus, obviam it eis, quingentos equites decemque millia peditum ducens. Acriter pugnatur apud monasterium s. Andreae prope Sigestrum, ubi **Opicii** exercitus profligatus est. Potestas, qui lateri adstabat, interiit, **Opicius** devictus Gavium, trans lugum, confugit.

Victores Genuam ingressi Spinularum de Luculo aedes vastant et incendunt, **Opicioque** in perpetuum publice proscripto, sine auctoritate Consilii, constituunt **XVI Prudentes,** qui cum Abbate Populi civitatem gubernarent usque ad kalendas Iulii.

Abbas populi constitutus est:

D. Robertus de Benavia
Aug. Giustiniani, *Ann.* IV, p. 10.

— Kal. Iul. Electi sunt

XII **Gubernatores Populi, Comunis et hominum Ianue,**
quorum sex nobiles et sex de popularibus.

Digitized by Google

Potestas:

Dom. Iacobus de Landriano
Mediolanensis. Lud. Muratori, *Antiquitates Italicae Medii aevi*, IV, p. 131.

Abbas populi:

D. Franciscus Caravellus
Id. *ibid.*

Vicarius generalis Comunis:

Franciscus Iacobi de Flisco, qui dux exercitus Guelphorum constitutus contra **Opicium Spinulam** et Montisferrati marchionem, cum cccc equitibus magnaque copia peditum eos ab Arenario suburbano, quo iam pervenerant, expellit, vicumque Busallae trans Iugum, qui sub ditione Spinularum de Luculo erat, expugnat incenditque.

Faravellus Aurie, capitaneus II triremium, missus contra Galletum Spinulam eiusque fratres, qui a Monoeco, quo confugerant, mare infestum habebant.

Giustin., IV, p. 11.

Legatus ad Balianum II, Apolloniae (*Arsur*) dominum, contra Cypri regem:

Lanfrancus de Carmadino.

— Nonis Augusti. Pax inter Comune et Spinulas.
L. iur., II, 448.

1311. Indict. X. Potestas:

Dom. Symon de Grumello,
miles, Bergomensis.

L. iur., 456, ubi **de Grimeello**. Dönniges, *Acta Henrici VII*, p. 166. Federici, Cod. 113, 336 *a. Reg. Diversorum.*

Digitized by Google

Vicarius Potestatis:

D. Guillielmus de Hogeriis (Flogerius?)
Liber Crucis, ms. apud Municipium Alexandriae.

D. Rolandus de Castellione, Iudex et Sindicus Comunis.
L. iur., II, 456.

— Mense Oct. Henricus VII Luxemburgensis, imperator, Genuam solemniter ingreditur.

Contentionibus partium defessi, nec sine metu **Opicii Spinulae** sub tyrannide recidendi, quem maxime benevisum in imperiali comitatu tunc videbant, Genuenses in ditionem Imperatoris ad ventennium se dedunt.

— Die x a. kal. Decembr. Potestas Comunis in praesentia et voluntate domini Abbatis populi et Consilii Gubernatorum, nec non et Consiliariorum Consilii generalis, constituit sindicum et procuratorem Rolandum de Castellione, iudicem, ad consentiendum ut

Invictissimus Princeps Dominus Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus

« habeat et teneat usque ad annos viginti proxime venturos tantum dominationem et regimen civitatis Ianue, Riperiarum et districtus quantum ad iurisdictionem merum et mixtum imperium, etc. ». *L. iur.*, II, 456.

Henricus Imperator regimen politicum Comunis reformat. *Ibid.*, 453.

Vicarius imperialis:

D. Gobertus de Aspremonte (d' Aspremont);

Digitized by Google

cui accedit

D. Uguccio de Fagiola
Aretinus.

Abbas populi:

D. Iohannes de Monticello
L. iur., ibid. Dönniges, op. cit. p. 166. Federici, *Cod.* 50, c. 44 *v.* 113, c. 336 *v.*

D. PETRUS DE TUDERTO, iudex.
L. iur., II, 452.

Cancellarii Comunis:

Raynerius Buccanigra
Gabriel Guanterius
Iohanninus Florensola
Henricus de Casteliono
Id., 450.

LAMBA AURIE designatur admiratus classis quam imperator Genuae instruendam decernit contra Robertum regem.
Giustin., IV, p. 13.

— « Palatium Abbatis Populi fuit quondam Alberti de Flisco ». Caf., p. 323.

— 22 Nov. « Parlamentum Publicum » Federici, *Cod.* 113, c. 336, e Reg. *Diversorum.*
« in terracia Palacii Serrevallis, ubi reguntur consilia Gubernatorum ». *L. iur.*, II, 450.
« In Palacio Serrevallis, ubi morantur Gubernatores civitatis Ianue ». *Id.*, 457.

1312. Indict. XI. — Dominus Genuae:

Henricus VII Romanorum Imperator.

Vicarius Imperialis:

D. Gobertus de Aspromonte.

Digitized by Google

Potestas . . . . . .

— 11 iul. Abbas populi:

D. Thomas Tribacius

Federici, *Cod.* 113 c. 340. *Quad. ee*, col. 113. Poch., IV, 199. Roccatagliata, p. 111.

1313. — Dominus Genuae:
Indict. XII.

Henricus VII Romanorum Imperator.

Vicarius Imperialis:

D. Gobertus de Aspromonte

Commemor. di Venezia, I, 428;

cui succedit

— Die IV ante nonas Mart. **D. Uguccio de Fagiola**, Aretinus. Dönniges, op. cit.. p. 100.

Potestas:

Dom. Guadagnescus de Guadagninis, Aretinus.

Officium Gazarie, in *Monumenta Historiae Patriae, Leges Municipales*, p. 308 sq.

Iudex et Vicarius Potestatis:

D. AUDINUS (seu AUDICINUS) DE LANZAVEGIA.

— 23 Febr. Edictum Henrici VII Imperatoris contra Florentinos.

Abbas populi:

— 23 Febr. **D. Nicolosus de Sauro (di Sori)**, qui adfuit Pisis promulgationi edicti Henrici VII Imperatoris contra Florentinos. Idelfonsus a s. Aloysio, *Delizie degli eruditi toscani*, vol. XV.

— 27 Mart. Henricus VII Imperator immunitates quibusdam Ianuensibus civibus indultas suspendit. *L. iur.*, II, 458.

Digitized by Google

— 4 Maii. Abbas populi:

D. Rolandus de Castellione
Dönniges, op. cit., *ibid.*

— Mense Iulio. Imperator comitibus Lavaniae antiqua privilegia confirmat; Lucae de Flisco s. Mariae in via Lata Diacono Cardinali et eius germanis, Carolo et Ottobono de Flisco, Palatinis, et Consiliariis suis, nonnulla oppida et castra in feudum concedit. Federici, *Della fam. Fiesca*, p. 93 sqq.

— Die IX a. kal. Sept. Henricus VII obiit Bonconventi.

Uguccio de Fagiola, Vicarius Imperialis, se transfert Pisas.

Factio Ghibellina summae imperii in civitate praeest.

Pelluntur Guelphi et ad regimen civitatis et districtus electi sunt

XXIV Gubernatores, quorum duodecim Nobiles et duodecim Populares. Giustin., *Ann.* IV.

— Guelphis expulsis, non deficit perturbatio in urbe, namque in ipsa factione Ghibellina, penes quam summum imperium erat, contentiones fervebant inter Aurienses (his autem quum Nobiles tum Populares favebant) et Spinulas, quorum causae, e contrario, Flisci suffragabantur. Utriusque gentis obtrectatio civitatem miscet.

1314. Potestas:
Indict. XIII.

Dom. Saracenus de Bonacolsis, filius quondam Talini, de Mutina (de Mantua?)

Regulae capit. sancti Giorgii, cod. n. 97 c. 100 *v.* Stella, op. cit., col. 1027. Giust., *Ann.*, IV.

Digitized by Google

Abbas populi:

D. Laufrancus de Corsio

Officium Gazarie, in *M. I. P.*, *Leges Municipales*, p. 308.

— Potestas frustra conatur Aurienses et Spinulas in pristinam concordiam reducere, qui paulo post in urbe et extra acrius inter se conflictantur.

ANDREOLUS CATANEUS DE VOLTA, BENEDICTI II ZACHARIAE LEVIR, Phocaearum dominus.

BENEDICTUS III ZACHARIA, et MARTINUS ZACHARIA, BENEDICTI II FILII, Chii insulae condomini.

Legati ad Alexim II, Trebisondae imperatorem:

MEGOULLUS LERCARIUS
OBERTUS CATANEUS

Legatus imperatoris Trebisondae ad Rempublicam:

GUAINUS DE MARI

1315. Potestas:
Indict. XIV. **Dom. Iacobinus, filius domini Florini de Pontecarali,** Brixiensis.

Richeri, *Ind.* A, p. 862. Stella, p. 1018. *Foglizzo dei Not.*, III, 2ª 50. *Tabularium Lucense*, cap. 29.

Abbas populi:

D. Franciscus de Monleone

Tabularium Lucense, ibid.

Federici, ap. not. Zachariam Chiavari.

